Lingua Latīna Capitulum III

Puer Improbus

Iūlius vir Rōmānus est.

Iūlius pater est.

Quis est pater?

Aemilia māter est.

Quae est māter?

Mārcus est fīlius.



Num Mārcus māter est?



Quīntus quoque fīlius est.



Estne Quīntus ancilla?

Mārcus et Quīntus fīliī sunt.

Quī sunt Mārcus et Quīntus?

Iūlia est fīlia.

Estne Iūlia māter?

Ecce familia Iūliī.



Ecce Iūlia.

Iūlia cantat: “lalla, lalla!”

Quis cantat?

Ecce Mārcus.

Mārcus īrātus est.

Quis irātus est?

Mārcus laetus nōn est.



Quis nōn laetus est?

irātus ← → laetus

Quōmodo sē habet Mārcus?

Mārcus īrātus est.

Estne Mārcus laetus?



Cur est Mārcus īrātus?



Mārcus īrātus est quia Iūlia cantat!

Cūr Mārcus īrātus est?

Mārcus īrātus est quia Iūlia cantat!

Estne Iūlia irāta?

Minime! Iūlia laeta est!

Laeta Iūlia cantat, “Lalla!”

Mārcus Iūliam pulsat!

Quis Iūliam pulsat?

Mārcus Iūliam pulsat!

Mārcus pulsat Iūliam!

Iūliam Mārcus pulsat!

Pulsat Mārcus Iūliam!

Pulsat Iūliam Mārcus!

Iam Iūlia nōn cantat.

Iam Iūlia nōn cantat, sed plōrat.

Iūlia plōrat: “Uhuhū!”

Quis plōrat?

Iam Iūlia nōn cantat, sed plōrat: “Uhuhū!”

Mārcus rīdet.

Quis rīdet?

Plōratne Mārcus?

Hahahae!

Quid facit Mārcus?

Cūr Iūlia plōrat?

Iūlia plōrat quia Mārcus Iūliam pulsat!

Quīntus Mārcum videt.



“Quid? Mārcus puellam pulsat... et rīdet?”

Iam Quīntus īrātus est!

Quīntus Mārcum pulsat!

Quīntus Mārc*um* pulsat

Quis Mārcum pulsat?

Quīntus Mārc*um* pulsat

Iam Mārcus nōn rīdet!

Quīntus Mārc*um* pulsat

Rīdetne Mārcus?

Quīntus Mār*cum* pulsat

Mārcus īrātus Quīntum pulsat!

Mārcus īrātus est!

Mārcus īrātus Quīntum pulsat!

Iūlia Aemiliam vocat: “Mamma!”

Lectio II

Quis mē vocat?

Aemilia interrogat:

Quīntus respondet:

Cūr Iūlia plōrat?

Aemilia interrogat:



Iūlia plōrat...

Quīntus respondet:



Iūlia plōrat quia Mārcus eam pulsat.

Quīntus respondet:

Aemilia respondet:

Quid??
Puer parvam puellam pulsat?!?

Iūlius dormit.

Quis dormit?

Quid facit Iūlius?

Quīntus Iūlium vocat.

Quīntus Iūli*um* vocat

Quis Iūlium vocat?

Quīntus Iūli*um* vocat

Quid facit Quīntus?

Quīntus Iūli*um* vocat

Iūlius nōn audit.

Iūlius nōn audit quia dormit.

Iūlius nōn audit quia dormit.

Cūr Iūlius nōn audit?

Iūlius nōn audit quia dormit.

Iam nōn dormit pater.

Iūlius nōn iam dormit.

Iūlius fīlium audit.

Dormitne Iūlius?

Quis fīlium audit?

Lectio III

Iūlius fīlium verberat.

Iūlius Mārcum verberat.

Iūlius fīlium improbum verberat.

Cūr Iūlius fīlium verberat?

Iūlius fīlium verberat quia improbus est!

Iam Mārcus plōrat sed Quīntus rīdet!

Quis plōrat?

Quis rīdet?



Quis verberat?